

aut sanctificatione hec domus stabilis permanere. **vi** dixit Judith
orans ad deum. **Judith ix.** In corde meo consilium meum corrobora ut
domus tua in sanctificatione permaneat. **Tercio** dico quod est domus
inferior ecclesie militantis **puerbi. ix.** Sapientia edificauit sibi do-
mum. excidit columnas septem. In hac domo est sedendum in sanctifica-
tionis opulentia **Jo. xi.** Maria autem domi sedebat. Est etiam in hac
domo manducanda sacre communionis hostia **ps.** zelus domus tue
comedit me. Est etiam lectus in hac domo quiescendi in contemplatio-
nis eminentia **Sap. viii.** Intrās in domum meam conuiescā cū illa.
s. sapientia. **Osee. i.** Quiescere faciā regnū domus israel quod interpreta-
tur dei visio scilicet in contemplatione. **Quarto** est domus superior eter-
nalis ecclesie triumphantis **Jo. xii.** In domo patris mei mansiones
multe sunt. Ista est diues sanctitate. **ps.** Gloria et diuicie in domo
eius. Est etiam pacifica tranquillitate **Eccle. xliii.** Boies diuites in di-
tute pulcritudinis studiū habentes pacificantes in domibus suis. Est et
leta iocunditas. **ps.** Qui habitare fa. ste. **et.** **Item Alius hmo**

Querebat videre **ihm Lu. xix.** In verbo proposito tuo tangū-
tur. videlicet sedulitas deuote anime ihm affectatis cum de qua que-
bat **Can. ii.** Surgā et circuibō ciuitatē per vicos. **et.** **Se-**
cūdo tangit delicias iocunditas eius de anime dei contemplantis cum addi-
tur videre ihm **Ca. ii.** Egredimini filie Syon et videte regē Salo-
monē in dya. quo co. eum ma. sua. Dicit ergo Querebat. **et.** **Cir-**
ca quod notandum quod quatuor sunt attendenda in querendo christum. videlicet
Tēpus. locus. modus. et fructus. **Ad** querendum ergo ihm considerā-
dum ē tēpus vite. s. pñs quia qui viuēs nō inueniunt pcul dubio mor-
tuus nō inueniet. Hic est enim tēpus constitutū ad querendum dominū
et certe qui re statuto tpe nō querit ipam de facili perdit et ideo dicit
Actu. xvii. Diffiniuit deus statuta tpa et certos terminos inhabitatiōis
eaz quare deū si forte tractat aut inueniat eū. Statutū tēpus est
tota vita pñs. Certus terminus est hora mortis usque ad illū terminū
inuenire possumus dominū. Licet autē tota vita pñs statuta sit ad ipm
querendum tñ querendus ē de die et nō de nocte. Res enim quod de die potest
de nocte vix inueniri. quia deus querendus est nō in nocte culpe sed in die
grē ideo dicit **ysa. xxi.** Dixit custos venit mane et nox. si queritis queri-
te conuertimini et venite. Si queritis supple querite in mane gra-
cie non in nocte mortalis culpe. quia sic querere errare est. Unde
quibusdā

quibus oia dicit. **Jo. vii.** Queretis me et non inuenietis et in peccato vestro moriemini. Sunt autem quidam sicut stultus infirmus qui differt querere medicinam usque dum tantum circuit morbus quod amplius non valet medicina. similes **Asa** de quo dicit. **ii. Paralip. xvi.** Egrotavit Asa dolore pedis vehementissimo nec in infirmitate sua quiescit dominum sed confusus est in auxilio medicorum et mortuus est. Plus enim curant tales de medico carnali quam spirituali. **Item** considerandus est locus. Res enim inueniri non potest ubi non est et propter hoc dicitur **Job xxviii.** Sapientia ubi inuenietur et quis est locus intelligentie nescit homo precium eius et non inuenitur in terra suauiter viventium. Mare dicit non est in me. abissus loquitur non est mecum q. d. non inuenitur in cordibus auarorum qui per abissum significant. Abissus enim dicitur quasi sine base hoc est sine fundo quod procul dubio cor auari repleti non potest sicut et vas quod sine fundo est in quo quicquid ponitur perditur. Nec in cordibus superborum qui per mare designantur. Mare siquidem facilius inflatur et extollitur. In talibus non inuenitur deus quod ibi libenter hospitat diabolus et deus qui iustissimus est et diabolus qui malignissimus est non possunt cohabitare. Nec inuenitur in cordibus voluptuosorum tanquam in sterquilinio carnalium concupiscentiarum. Ideo dicitur non inuenitur in terra suauiter viventium. Lectus enim dei non debet fieri sicut dictum est in sordibus similiter in immundis locis qui quidem locus est concupiscentie carnalis. de quo **Eccl. iij.** In lectulo meo per noctem quiesceui quem diligit anima mea quiesceui illum et non inueni eum. Male querebat quoniam nec locus nec tempus considerabat. Locus requirendi domini non est tumultus sollicitudinis humane sed potius in quiete propter quod dicitur **Lu. ii.** Requirebant eum inter cognatos et notos existimantes eum esse in comitatu et non inuenientes regressi sunt in iherusalem que interpretatur pacifica ubi inuenerunt eum quod in pace factus est locus eius. deus enim moratur in iherusalem hoc est inter tranquillam et quietam conscientiam et propter hoc non inuenitur ut dicitur in tumultu sed potius in quiete. **Cant. iij.** Surgam et circuibo ciuitatem per vicus et plateas queram quem diligit anima mea. Sequitur quiesceui eum et non inueni. Et post. Paululum cum pertransissem eos inueni quem diligit anima mea. **Item** palium enim amatores sunt sicut animalia bruta que nullam habent nec dei nec sui noticiam sed pro voluptate sua comedunt bibunt lasciuunt dormiunt. talium

societate nō vult dñs. nō enī est sicut thaurus aut equus vt more-
tur cum talib⁹. ⁊ ppter hoc in ipoz societate nō est requirēdus. si-
cut quidā faciūt de quib⁹ dicit Osee v. In gregib⁹ suis ⁊ i armētis
vadent ad querendū dñm ⁊ nō inuenient. Ablat⁹ est enī ab eis b
est de eoz societate sicut sanus de leprosis. Itē cōsiderādus ē mo-
dus qm querēdus est assidue. Res enī poita aliqñ statim nō inue-
nitur. dñs enī est sicut avis de manu fugiens que cito nō inueniē
⁊ cum difficultate postmodū capī. vnde de eo dici potest to Eccl
xxiiij. Si leseris eū iniuste in fugā ouertet et si exiliens discesserit a
te quo queras ⁊ in qua via queras nescis. Et ppter hoc querēdus
est iugiter ⁊ incessanter nō in vna orōne aut in vno bono opere s
in omnibus. Pm qd ipē dicit Matth. vij. Querite ⁊ inuenietis peti-
te ⁊ accipietis. pulsate ⁊ aperiet vobis Querite corde per deuotio-
nem ⁊ ita queritis inuenietis ppinquū ysa. lv. Querite dñm duz
inueniri potest in uo. eū dñ p. est. Itē petite ore p orationē qz si ita
petieritis inuenietis eū ppiuū. ysa. li. Metē me⁹ turbat⁹ ē qrendo
illā hoc ē diuinā sapientiā ppterea habes possessionē bonā. Ver-
niunt mihi oīa bona parit cū illa. sicut dicit Sap. vij. Itē pulsa-
te manu p bonā operationē ⁊ aperiet vobis vite celestis portā vbi
inuenietis omniū bonoz plenitudinē Pm to Matth. vi. Primū que-
rite regnū dei ⁊ iusticiā eius ⁊ hec oīa adficiētur vobis. Et bene
dicit primū hoc est ante omnia ⁊ pre omnib⁹. Res enī que de cor-
de nō queritur de facili non inuenitur. vnde ij. Paral. xij. fecit Ro-
boam malū coram dño ⁊ nō preparauit cor suū vt quæreretur dñm.
Multi enī dum in paupertate sunt deum amant. ⁊ diligunt. qunt
⁊ oīa impedimenta de via tollūt sicut dicit ij. Paral. xvij. Dona
opera inuenta sunt in te eo q abstuleris lucos de terra Juda oīa. ⁊
retardantia ⁊ impediētia. Sequitur. Et preparaueris cor tuum
ad querendū dñm. Sed sunt alij qui succedentibus prosperis sui
obliuiscuntur interpretis. sicut dicitur de Joseph Gene. xl. Et illud
Ire. xxi. Oēs amatores tui obliuiscuntur tui nec querunt te. Ira qd
Deu. iij. dicit. Cunq quesieris dñm deum tuū inuenies eū si tamē
toto corde qficias eū ⁊ tō tribulatōe aīe tue. Itē cōsiderād⁹ ē frēs
Res ei piciosa diligēt⁹ qit ⁊ certe de⁹ q nihil meli⁹ excogitari pē
q ei ipm inuenit pacē habebit. Imo tanq pugilē tra hostes visibi-
les ⁊ invisibiles auxiliū pstantē. ij. Para. xv. In tō vol. sua qf. do.

⁊ dedit

q̄ dedit eis requiē per circuitū ab omnibus hostibus suis habebūt
etiā misericordiā in iudicio **Soph. ij.** Querite dñm omnes māsue-
ti terre. Querite iustū querite mansuetū Si quomō abscondamini
in die furoris dñi. Habebunt nihilomin⁹ omniū bonorū abundan-
tiam in regno. Ip̄e enī est qui dicit. **i. Cor. xij.** Querite ut abūder-
tis qđ fiet qñ oplebitur id **puer. viij.** Qui me innenerit inueniet vi-
tam q̄ hauriet salutē a dño quā nobis **zē.**

Item Alius sermo

Ascendit in arborē **sycomorū** ut videret illū. **Lu. xix.** **No-**
tandū qđ peccator ouersus ad deū debet videre tria. vide-
licet infra se angustias damnatorū ut timeat. Intra se ma-
culas peccorū ut pudeat. Circa se miseras malorū ut caueat. **Pri-**
mo debet videre infra se angustias damnatorū ut timeat. **Jere. i.**
Quid tu vides **Jeremia** ollam succensam ego video q̄ facies eius
ab aquilone. per ollam succensam intelligim⁹ gehēnalis incendij
penā que faciē habere dicit ab aquilone qui vētus scissim⁹ est p̄p̄
penarū infernaliū acerbitatē vñ sequit̄ ibidē. **Idē** vidisti qm̄ ab aq̄-
lone pandet̄ omne malū sup̄ habitatores terre. **Idē** aut̄ tormēto-
rum incēdium videre debet peccorū ut timeat sicut latro patibulum
ut a furto resiliat s̄m id **Epo. xviij.** Qui viderūt fumū incēdij eius
longe stabāt p̄pter t̄mōrē tormentorū eius. **Secūdo** intra se vidē
debet peccorū maculas peccatorū ut pudeat ut mulier que sordes su-
as in speculo contemplat̄ q̄ p̄e verecundiā tergit q̄ lauat. **Jere. c. c.**
Leua oculos tuos in directū q̄ vide ubi p̄strata sis **Et bene dicit**
in directū q̄ quidā sunt qui maculas suas recto oculo videre non
p̄nt similes symee que dñi obijciē ei speculū faciem auertit. **plus dñi**
ysa. xliij. Surdi audite q̄ ceci intuemini ad videndū. quid aut̄ vidē
debeat dicit **Jere. ij.** Vide vias tuas in conualle. scito quid feceris
cursor lenis explicans vias tuas. q. d. vide utz sis in via celi vel in
via inferni scito utz feceris opera q̄ digna sūt vel morte vel vita.
Curre festina qz paz tibi restat de tpe q̄ multū de via. **Tercio** vi-
dere debz peccorū circa se miseras peccatorū ut caueat. Est enī pec-
cator sicut arbor p̄pera q̄ multis ānis crescit in altūz s̄ subito ful-
guris ictu redigit̄ in nihilū s̄m illd̄ **ps.** Vici impiū superaltatūz
q̄ eleuatū sicut cedros liba. q̄ tran. **zē.** Semper enim videre d̄z pec-
cator securim iusticie sup̄ caput suū eleuatā q̄ ad precipiendā arbo-